Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36555
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



104 xpe Faue lib

Ex his ergo omnibus colligitur quod origo totius mali ab ignorantia descendat
& ipsa sit malorum omnium mater. quae incuria quidem & ignauia gignitur.
Neglegentia uero alitur & augetur atq: insensibus hominum praedicatur. Quam siquis
fortedocere effugandam uelut antiquis & hereditariis sedibus, molestque & indig
nanter auellitur. Ideo paululum laborandum nobis est. ut indignantis ignoran
tiae praesumptiones scientiae praetione resecemus. In his praecipuae quibus aliquib;
minus rectis opinionibus praeuenti sunt. per quas quasi subspecie alicuius scientiae
ignorantia in eis uehementius praedicata est. Nihil enim gratius. Quam si id quod ignorat
quis scire credat & defendat uerum esse. quod falsum est. quod tale est qualesiquis
ebrius sobrium sepiat & agat quidem cuncta ut ebrius sobrium se tamen & ipse putet
& dici ac esse uelit. Haec sunt ergo & hi qui ignorantes quod uerum est speciem tam
alicuius scientiae tenent. & mala quasi bona gerunt atq: ad perniciem quasi ad
salutem festinant. Propter quod ante omnia prospiciendum est. ad agnitionem ueri
tatis. ut possimus quasi lumine nobis inde succenso errorum tenebras depellere.
Praeunde enim malum est. ut diximus ignorantia. sed quia substantia non habet.
facile abhis qui studiosi sunt effugatur. Non enim aliud quidem ignorantia
nisi non agnouisse quod expedit. Ubi autem agnoueris perit ignorantia. Quae ueri
ergo magno opere debet agnitio. Quam nemo alius potest adsignare. Nisi uerus
prophetia. Haec enim posita est ut ceuo lentibus ingredi. & ita ad perum bonorum
pergentib; adciuitatem salutis. Si quis sane audiens sermone ueri prophetae
uelit recipere aut nolit. & amplectatur eius. id est mandata eius habet in sua
potestate. Liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset. ut audienter eum iam non
haberent in potestate aliud facere quam audierint. Ut esset quaedam natura
per quam liberum non esset. ad alia migrare sententiam. Aut sicut rursus ex audientib;
nullus omnino reciperet. & hoc natura uis esset. Quae cunum aliquid fieri
cogeret. & alteri passi non daret locum. Nunc autem qui liberum est animo
inquam uelit partem declinare iudicium suum. & quam probauerit eligere uia
constat euidenter in eo hominib; arbitrii libertatem. Igitur prius quam audiat
quis quod ei expedit certum est. qui ignorat. & ignorans nulla desiderat